Vergilius Maro, Publius; Brant, Sebastian [Editor]: Publij Virgilij Maronis Opera: [cum quinque vulgatis commentariis ex politissimisque figuris ...]
Straßburg, 1502 Seite 61r






publii Virgilij Maronis
Geor. Liber Secundus.

Hactenus aruorum cultus: et sydera coeli:
Nunc te bacche canam: nec non syluestria tecum

Hactenus aruorum 7c: S. Mire iterauit illum versu. Quid faciat letas segetes : quo sydere terram: In hoc aūt libro exequitur culturam agri consiti: q oīm arborum cōtinet genera. Et sciēdū ē Virgiliū. vites quoq ar bores dicere: vt nec secus omis in vnguē arborib⁹ positis secto via limite quadret. A. Huius quoq secundi voluminis argumentum carminibus patet. Sed cur poeta ab agrorum cultura incoeperit. postea vitium. de exordio scribens apparuit: vbi & vitium arborumq culturas Emolphum Atheniensem primū inuenisse: Plinio referente edocuit. CRI. Quoniā poetarū est curare: vt seqntes libri antecedentibus ānectant. Facit hoc Maro plurimū p cōiūctionem: vt: Te quoq magna pales. Et alibi. Postq res asię. Item. At regina graui iandudum saucia cura: & sic fatur lachrymans: Hic vero vt idem pstet vtit colore Rhetorico: quā transitionem appellant: quo facile his quę dicta sunt: ea quę dicenda restant adnectuntur. In pcedenti igitur libro. & aruorū cultu: & ea q̄ ad rationem syderum ptineret descripserat. Nunc quod secundo loco sibi proposuerat explicat: scilicet vlmisq adiungere vites 7c.]

a Hacten⁹. S. vt multi volūt est vna pars orōis et est aduerbiū significās hucusq: alii duas ptes eē volūt. et aduerbiū: vt sit: tenus hac. sicut Crurū ten⁹ a mēto palearia pendēt: sed meli⁹ est vnā accipe ptē orationis. hactenus. A. Hacten⁹. cecini. s. est enim Mesozeugma.

b Sydera coeli. S. Pleonasmos. nec enim sunt alibi q in coelo sydera. A. Pleonasmus. est in dictiōe coeli: id est superabūdantia. de qua late Fabius libro. ix. c Te bacche. SER. Inuētorē p vitib⁹ posuit. de quibus categxochen



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0139
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.